D. D.

FAUNA NOVÆ HOLLANDIÆ

QUAM

VENIA. EXP. FACULT. MED. UPSAL.

P. P.

C. P. THUNBERG

COMMENDATOR REG. ORD. DE WASA
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. REG. COLL. SANIT. MEMB. HON. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. UPS. LOND. HOLM. AGRIC. MED. ET EVANG. SOCIET. OECON. UPSAL. PATR. HOLM. ET. CIV. OECON. FINL. HONOR. WERMEL. JUNEC. WESTM. CALM. ET ÖREBR. BEROL. ET LIPS. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT. GORENK. PHILAD. LUND. HARLEM. AMSTELD. OECON. ET INST. LITT. ZELAND. NIDROSIENS. TURICENS. IENENS. LINN. LONDIN. ET HORTICULTUR. REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. SCIENT. GOTHOB. MONACH. ERLANG. WETTER. NANCIENS. MARPURG. MED. PARIS. EMUL. ET LINN. MONSPEL. MED. MATRITENS. MED. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. ET PETROP. MEDICO CHIR. ET PHARMAC. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT NATION. MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

RESPONDENTE

JOHN AXEL HUSS

Bothniense.

IN AUDIT. BOTANICO DIE IV DECEMBR. MDCCCXXII.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,
EXCUDEBANT REGIÆ ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

ÖFVERDIRECTEUREN

HERR STEN RÖNBÄCK

PROSTEN och KYRKOHERDEN

HERR JON. STRÖMQUIST

OECONOMIÆ-DIRECTEUREN

HERR PEHR STENLING

tacksamt och vördnadsfullt tillegnadt

af

JOHN AXEL HUSS.

FAUNA NOVÆ HOLLANDIÆ.

Unaquæque regio globi hujus terraquei proprias plerumque alit animalium et plantarum ſpecies, adeo quandoque diverſas et disſimiles, ut nulla eas intercedere videatur convenientia. Quantum enim differunt Indiarum proceres et altisſimæ Palmæ a perpuſillis et humillimis plantis borealibus alpinis? Europæ itaque ſpecies valde differunt ab illis, quæ Aſiæ fertiles campos et Africæ ſterilia deſerta exornant; Americæ, novi orbis, non minus differre deprehendimus, unde integra genera, tam regni Animalis, quam Vegetabilis, nova et ante omnino incognita, detecta fuerunt.

E novisſime indagatis Orbis partibus, e regionibus ſcilicet ex America Meridionali et inſulis maris auſtralis, perplurimæ nobis innotuerunt vel maxime ſingulares et admirandæ res naturales, de quibus ne ſomniare quidem ante potuimus. Maxima illa imprimis inſula, primum ab Hollandis navigantibus detecta, et Nova Hollandia dicta, præ aliis ſeſe diſtinguit animalibus valde ſingularibus, ut ex. gr. ſaltante *Kanguru*, *Cygnis atris*, ceterisque: atque ingenti plantarum copia, adeo inter ſe disſimilium, ac ſi ex alia planeta ſolari depromtæ fuisſent.

Caſu, facile ſingulari, et ſub periculo naufragii, ante dimidium ſeculum, accidit, ut meritisſimi et indefesſi Botanici Banks et Solander ad oras hujus inſulæ, raro ante viſas, perveniant, et utramque Deam, Floram Faunamque ſalutent primi Naturæ miniſtri et indefesſi ſcrutatores. In mesſem hujus regionis, Europæis eo usque omnino ignotam læti ſuam falcem immittunt, et quæ de-

tegunt atque colligunt, omnia non modo non ante viſa, ſed etiam valde ſingularia, ex omni naturæ regno deprehendunt.

Poſtquam vero, felici ſub ſidere, tam in Inſula *Diemen*, *Portu Botanico* (Botany-Bay) et *Portu Jackſonii* aliisque in oris maritimis inſignes inſtitutæ fuerunt coloniæ anglicanæ, plures naturæ admirandi theſauri Muſea Magnæ Britanniæ et Londinenſia præprimis exornantes nobis innotuerunt.

Ex hisce rarisſimis gazis meum erit propoſitum, animalia maximæ hujus inſulæ huc usque indagata et cognita reddita, enumerare, atque cum curioſis Hiſtoriæ Naturalis Studioſis catalogum eorum communicare, ea quidem ſpe, ut hi noſtri juveniles conatus nec erint ingrati, nec absque omni fructu inutiles.

Mammalia

Didelphis orientalis Linn. *Syst. Animal.* p. 108. Didelphis gigantea. Linn. *Syſt. Animal.* p. 109. — Unicæ ſunt mammalium ſpecies quæ ad certam noſtram, huc usque, pervenerunt cognitionem. Et quantum conjicere licet ex hac Claſſe forſan paucæ indagatæ erunt in hac auſtrali mundi parte.

Aves.

Falco Novæ Hollandiæ. Linn.	*Syſt.*	*Anim.*	p. 264.
— osſifragus.	—	—	p. 255.
Psittacus Novæ Hollandiæ.		—	p. 328.
aterrimus.	—	—	p. 330.
Hæmatotus.	—	—	p. 365.
Aptenodytes Chryſocome.		—	p. 555.
Larus marinus.	—	—	p. 598.
Tantalus Loculator.	—	—	p. 647.
Hæmatopus oſtralegus.		—	p. 649.

Amphibia

Omnino nulla ad noſtram huc usque cognitionem pervenerunt.

Pisces.

Squalus barbatus Linn. *Syſt. Anim.* p. 1493.
ocellatus. — — — p. 1494.

Insecta.

* *Coleoptera* Fabric. *Syſt. Eleuter.* I. a pag. 7. ad. pag. 499.

Copris puſtulatus.
Ateuchus Hollandiæ.
Hiſter cyaneus.
detritus.
Scarites cyaneus.
Tenebrio ſanguinipes.
Helops rufipes.
Caloſoma porculatum.
Dytiſcus punctatus.
Gyrinus auſtralis.
Dermeſtes ſcaber.
Silpha lævicollis.
Coccinella lineola.
inæqualis
9-maculata.
detrita.
guttatopuſtulata.
leonina.
Caſſida interrupta.
deuſta.
Chryſomela nigricornis.
cyanipes.
Chryſomela craſſicornis.
18-guttata.
brunnea.
Crioceris melanocephala.
oculata.
cyanocephala.
Lema unifaſciata.
bifaſciata.
nigripes.
Galleruca 4-punctata.
Cnodulon cupreum.
Fabr. *Eleut.* II. a pag. 12 ad pag. 593.
ſmaragdulum.
amethyſtinum.
bicolor.
Ciſtela morio.
Cryptocephalus didymus.
Dryops lineata.
cyanea.
Lagria tomentoſa.
Lampyris auſtralis.

Lycus ſerraticornis.
Cetonia ſtolata.
Melolontha ænea.
ſylvicola.
monticola.
Bupreſtis farinoſa.
imperialis.
Lamia pedicornis.
bidens.
Solandri.
Saperda griſea.
Callidium lineatum.
Apathe Jeſuita.
Anthribus griſeus.
Calandra cruciata.
Rhynchænus curviroſtris.
exclamationis.
cylindriroſtris.
luridus.
meditabundus.
ſtrepidus.
hæmorrhoidalis.
amoenus.
Lixus lineola.
Curculio crenulatus.
interruptus.
adſperſus.
cultratus.
tribulus.
quadridens.
clavus.
ſpectabilis.
Scaphidium 4 puſtulatum.

Staphylinus oculatus.
erythrocephalus.

** *Hemiptera.*

Fulgora obſcurata. FABRIC.
Rhyngota. a p. 1. ad 284.
Centrotus bipunctatus.
Flata maura.
minuta.
pellucida.
Lyſtra barbata.
Derbe elongata.
Cercopis carnifex.
Tetyra imperialis.
regalis.
pagana.
flavipes.
Cimex armatus.
emeritus.
aggresſor.
coelebs.
gravis.
rutilus.
Coræus defenſor.
Lygæus cingulatus.
4-guttatus.
2-guttatus.
Alydus ſerripes.
Hydrometra curſitans.
Reduvius varius.
Zelus attelaboides.
Blatta variegata. FABRIC.
Ulonat. a p. 8 ad 61.
irrorata.

Mantis miniſtrans.
Truxalis conicus.
Locuſta thymifolia.
Gryllus vocans.
muſicus.
captivus.

*** *Lepidoptera.*

Papilio Cresſida Fabric. *Syſt. Entom.* a p. 111. ad 235.
Hermonia.
Zoilus.
affinis.
Zelima.
Merope.
Bankia.
Chrysippe.
Proſope.
Nerina.
Irius.
Andromacha.
Nyſa.
Teutonia.
Myſis.
Nigrina.
Melania.
Pomona.
Perſeus.
Terminus.
Sirius.
Autoris.
Heſperia Centaurus.
Narcisſus.
Apelles.
Heſperia Erinus.
Damoetes.
Iacchus.
Zygæna annulata.
Acharon.
Bombyx caſtalia.
auſtralaſiæ.
Alphæa.
lutea.
tibialis.
obſoleta.
Polytis.
Noctua microrrhoea.
ſerva.
aſtrea.
Dama.
Pyralis faſcialis.

**** *Neuroptera.*

Libellula ſtigmatizans. Fabric. *Syſt. Entom.* p. 375.
oculata. p. 376.

***** *Hymenoptera.*

Cryptus nutatorius. Fabric. *Piezat.* a pag. 71 ad 474.
dubitorius.
caudator.
proficiſcator.
hoſpitator.
defenſor.
capitator.
mutator.
Evania appendigaſter.

Sphex clavus.
Morio.
collaris.
cingulata.
fasciata.
cinerea.
nitida.
nigricornis.
bicolor.
Tiphia radula.
pedestris.
Scolia ferruginea.
ventralis.
7-cincta.
Chrysis lyncea.
amethystina.
Thynnus dentatus.
emarginatus.
integer.
Vespa Ephippium.
Schach.
humilis.
torrida.
albifrons.
Vespa concinna.
variabilis.
crenata.
campaniformis.
Andræna cingulata.
Apis bryorum.
æstuans.
mystacea.
muscaria.
Formica erythrocephala.
virescens.
australis.
Ammon.
gulosa.
Mutilla formicaria.
aurata.
ruficornis.
****** *Diptera.*
Anthrax satyrus. Fabric. *Syst. Entomol.* p. 259.
******* *Aptera.*
Aranea fornicata. Fabric. *Systema Entom.* p. 417.
Cancer gladiator.

Testacea.

Murex nodatus.	Linn.	*Syst.*	*Verm.*	p. 3597.
Turbo undulatus.	—	—		p. 3597.
Haliotis gigantea.	—	—		p. 3691.

Theses Respondentis.

I.

Licet infinita ſit animalium ſeries atque innumera individuorum variatio; zoologiæ tamen, utpote cujuscumque ſcientiarum naturalium ſtudium, incipere debet ab ordinata recenſione, atque ut fieri poſſit, intuitione formarum, quæ in natura obveniunt.

II.

Quæ vero dum accuratior adquiſita ſit cognitio, ex noſtra ſententia præitura, nihil impedit, quo minus non generalior inſequatur totius naturæ intuitus, qui jam compoſitam quaſi indigeſtam molem in ſyſtema quoddam ordinat, ordinisque imaginem toti imprimit.

III.

Si vero a nobis quis quærat: cuinam oppoſitarum ſentiendi rationum faveamus? uni ſcilicet quæ generalia ambit, alteri, quæ ſpecialia tantum ſpectat: ingenui profitemur perſvaſionem quam fovemus, in hac velut in qualibet ſententiarum conflictatione, in medio veritatem poſitam esſe, nec huic nec illi per ſe ſpectato ſyſtemati palmam tribuendam esſe.

IV.

Junguntur enim necesſe eſt, amicarum inſtar ſororum, connexæ ambæ hæ disquirendæ viæ, et quæ ab univerſalibus ad ſpecialia, et quæ a ſpecialibus ad univerſalia ducit: ut enim totius libri genius latet omnino et illi, qui ſervili oculo verba ſolum aucupatus eſt, ſimulac illi, qui antea ſe edoctum ratus, ne folia quidem verſavit, ita etiam in divino naturæ libro, cujus ut ſub-

hæc inquit Gôthe, "verba ſunt immenſa", nec vitam frigidis verbis, nec verba animanti vitæ poſtpones.

V.

Ubi itaque ingenuus diviniorque ſenſus mentem ad naturam rite cognoſcendam impellit, asſiduumque et indefesſum a ſe progignit cuncta luſtrandi ſtudium; nec index rerum ſignificatu privatarum exorietur, nec formæ ignorabuntur in quibus viva ſeſe manifeſtat natura.